



A very faint, large watermark-like illustration occupies the background of the page. It depicts a classical building with a prominent pedimented portico supported by four columns. The building appears to be made of light-colored stone or marble. The entire image is heavily faded, giving it a ghostly appearance.

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

<https://archive.org/details/antoniithylesiic00tele>

Antonii Thylesii Consentini,
ORATIO,
In Funere Illustriss. Io. Iacobi
Triuultii Magni.



VASI lux quedam, quæ patriam fulgore illustrabat, extin-
ctus est Iohannes Iacobus Triuultius. Unde nunc illa se-
afflictans, in mærore versatur. Lugebat caput fidissimum,
tot tuisq; victorijs insigne, Italicae militiae decus, & columen,
morte sibi creptum esse. funusq; in senibus tempestivum, tan-
quam immaturum, deflet acerbissime, & Iure quidem deflet,
multa enim in uno, magnaq; amisi. De quibus rebus iussus
aliquid breuiter dicere, Ode te Princeps Illustrissime, Rectorq; & Gubernator
Cisalpina sapientissime, Praeses optime, ceteriq; qui adestis, Patres amplissi-
mi, ac viri magnifici, scio me benignè audietis, & intenè, quando inter plu-
rimas, maximasq; virtutes, quibus abundatis, humanitas quedam elucet splen-
didissima, quando bonas artes amatis, earumq; studiosos, quando de homine,
seu viro, seu Principe potius, ac Duce dicturus sum clarissimo, Cive vestro, opti-
mè merito, eodemq; omnium parente, Nam, & etate reliquis ante ibat, &
tanquam parens bonus omnium honori, & utilitati pariter consulebat; cuius
gesta si exterñ homines libentissimè audiunt, & curv voluptate, quid vobis fa-
cierendum est, quibuscum gloriam, famamq; suam vir ille communicauit? Que-
cunq; enim gessit, quæ multa fuerunt, & præclara, earum rerum vos omnes
estis participes, & quasi coheredes. Atque ego ea mente veni, ut aliquas tanti
Ducis laudes recenserem, non omnes, si quidem difficillimum esset, quæ diuer-
sis locis, temporibus diuersis, à pueritia ad senectutem usq; egit, breui oratio-
ne colligere. Iamq; existimo ea multo esse vobis notiora, quam mihi, ut fami-
liae veriustatem, dignitatemq; quæ multis ab hinc annis, atq; adeo faculis,
Dioclitiano Imperatore è Triuultio Burgundia (sic enim legi in antiquis mo-
numentis) in urbem hanc celeberrimam profecta est, quam cum armis de-
fendisset, cunctis roganibus uno ore, in ea consedit. ubi longa serie in maxi-
mo fuit honore, & auctoritate, ac non semel accerrimè pugnans hostium ex-
uusq; ciuitatem hanc pulcherrimam exornauit. Sed ne antiquissima videar
adducere, & à nostra memoria remotissima, Pater huins Ducis eminentissi-
mi, cuius exequias maestissimi celebratis, Excellentissimus fuit Antonius Tri-
uultius, qui cum varia gessit, & egregia, cum prioris Alphonsi Regis copias in
Piceno profliganit, cepitq; & trans Aternum fugauit, missus a Francisc.
Mediolani Duce. Clarus quoq; fuit Renatus Triuultius, clari etiam complu-
res, Quid tamen attinet eos, qui iam pridem è vita excesserunt, nominare
cum presentes spectetis presentem stirpem hanc generosissimam, in qua quo
quantoq; viros videatis e quibus Antistites sunt mulii probitate, doctrinaq;

& amplissimis sacerdotijs aucti, & hic, & in urbe Romana Pontifici maximo
omnes acceptissimi (Optimus enim ille, non solum maximus, sui similes amat,
fouetq;) qui nunc eodem lumine orbati, producta funeris pompa marent gra-
uissime, plures in re militari diu, multumq; versati, ductoresq; ex iugis, & spe-
ctati. Verum hac, ut dixi, vos longe melius nos sis, quam ego, quemadmodum
& ea, que propria fuerunt huius ornatussimi viri Ioannis Iacobi Triuultij,
que quanquam nemini vestrum ignota sunt, tamen quia cum iure amatis, pu-
to non iniucundum vobis fore, si ea quam paucissimis exponam, que enim me
moratu dulcia sunt, quanto sepius repetuntur, eo delectant magis. Atq; ut
hinc incipiam, illum sic Naturam formauit, ut natus videretur, sicut fuit, ad mi-
litares erumnas sustinendas, cibi, potusq; parcissimus. Quo genere abstinen-
tia & cum semper mentem seruauit integram, sinceram, vigilem, & intentiam
tum grauisimum a se morbum repulit articularem, qui cum nulla re possit cu-
rari, curauit tamen ille, seu potius tanquam hostem fugauit temperato, & salu-
bri victu. Coloris fuit etiam, frigorisq; patientissimus. Testes sunt Alpes
Gallicae, per quas Graius Hercules, & Carthaginensis Annibal, uterq; in atate
iuuenili semel transiit, hic longeius sapissime iter illud confecit eundo, &
redendo, frigidissimo anni tempore per saxa, crepidines, per rupes praecepti-
res diurna niue, & glacie rigentes. Quid rerum gerit Ioannes Iacobus.
Triuultius in hac hyeme? senectutem ne fouet suam ad ignem? an in lectulo
quiescit? sic aliqui rogabant, respondebatur, ille, aliquot ab hinc diebus in Gal-
liam profectus est, Transalpinam breui reditus, nam sic solitus erat illuc ire
& redire, ubi aliquid pro Christianissimis Regibus faciendum esset, tanquam
si Gallia regio fuisset suburbana. Somno quoq; minime omnium deditus erat:
domi cum esset, antelucanis horis surgebat quotidie, ut mente tractaret ea, que
ad Christianissimos Reges, queq; ad Remp. attinerent, nam in castris manq;
nisi victis, aut fugatis hostibus quiescebat, sub galea, sub lorica, sub scuto, nulla
sub culcitra, sub puluino, aut stragula, inter equorum fremitus, armorum stre-
pitus, militum clamores, subarumq; clangores, Haec erant cithara, haec lyra, ad
hos cantus vir ille somnos capiebat. Totius vero corporis robore, & firmita-
te quanta fuerit in iuuentute, declarauit eiusdem senectus, in qua sic equum ar-
matus concendebat, descendebat, incitabat, sustinebat, quasi adulescens fuisset
validissimus. Inter suos loricatus cum equitaret, caniciemq; galea preme-
ret, hastamq; vibraret, omnium in se unum oculos conuertebat, nam si hec pro-
bantur in iuene, mirabilia sunt in sene, & quasi diuina, Talem aiunt fuuisse
Numidiae Regem Masinissam, sed quae legimus, non ita creduntur, ut ea, que
oculis ipsi cernimus. Quin etiam ipsa oris dignitas virum arguebat foriissi-
mum. Legisti puto de C. Mario, qui & senex, & inermis vulnus tantum, & vo-
ce Cymbrum in se venientem armatum terrefecit, & fugauit, itemq; de Corio
lano, cuius aspectus hostibus erat formidolosus, Nam eandem praeferebat
animi presentiam, & spiritum Triuultius. Quam etiam inter ciues decebat
caput illud senile, & canis venerandum? quam etiam inter Proceres? viuis
ob os omnes ora vertebant sua, quem quoniam viuum nequeunt ultra spectare
conuenerunt nunc, ut spectent mortuum, rati, quod Metellus Macedonicus li-
beris suis dixit de Africano minori, fore, ut nunquam videre possint ciuiis ex-
quias

quias maioris. Sed agite virtutes animi inspiciamus. Sunt quidem ille innumerables, sed ex ijs paucas celeriter percurram, imprimisq; eius fortitudinem attingam, qua munitus multa, & grauia pertulit, bonorum iacturam, exilijs incommoda, patriae, suorumq; desiderium, vniuersitatemq; optimi filij mortem acerbam. Sed illud admodum laudabile, quod Fortuna nunquam cessit, sed cum ea assidue contendit, dimicavit, digladiatus est, sessamque tandem, ac vitam fregit, cum illa inuidia astuans omnes aditus quereret, & enixa laboraret huius splendorem extinguere, deturbaret quandoq; insidijs, isq; animis resistens fortior surgeret, eamq; ulciscens sternet, rueret, præcipitaret. Quid me audes minacibus oculis intueri? alios terre Fortuna, ignarus, segnes, escitantes, ocio languentes, somniculosos, quid tibi cum impigris? cum intrepidis? cum impavidis? nihil cum foreibus turis habes, nihil potestatis cum magnanimis. Hec atq; alia cum cogitaret, se adhortans obuius ibat laboribus, & periculis, unde eurus semper euafit duce non tantum animi magnitudine, sed prudentia, qua, & se, suosq; tanquam clypeo protegebat, & hostes superabat. Accedebat, & illa erga omnes aequitas. Quam scuere iniwas militum direptiones, rapinas, incendia, stupra, ceteraque flagitiosa vindicabat, lices componebat omnium ipse, quicquid acciderat, iudicabat ipse, comes inter dum facilis, & clemens inter dum, ubi opus erat, tristis in improbos, & inexorabilis, & vehemens, non una in uno videbatur Natura, sed omniū. Nam quid ego dicam de eiusdem mansuetudine, & iniuriarum obliuione? viator, cum id facile posset, neminem violauit unquam. Quid de Fide? quam cum multi non semel tentareni promissis ingeniibus, & certissimis labefactare, illam rebus omnibus contemptis, & repudiatis sanctissime semper seruauit. Quibus artibus multos, magnosq; christiani populi Principes sibi conciliauit, sub quorum auspicijs quae gesserit, longum esset commemorare, quorums in acie fuerit, quot seruauerit commilitones, quo hostes parim caperent, parim strauerit, multis acceptis vulneribus, pluribus eamen illatis, oppidaq; expugnauerit, cum ipse scalis admotis, ut ducem intrepidum decet, primus omnium muros concenderet, unde sapissime in concione laudatus præmia accepit plurima, & maxima, quot præterea matronas, virginesq; libidini militum eripuerit. Senenses fuerunt illæ, quas iuuenis continentissimus (nam hac iampridem fuerunt) & seruauit, & ad suos remisit integras. Penè exciderat è memoria Auximum, qui locus natura, & præsidio munitus artes sensit, uiresq; Triuulij, cum ualles aggere montibus aquauit, ac tormentis hincinde mania uerberans trepidantes compulit oppidanos ad deditionem prater omnium spem, & opinionem; Vnde a Pontifice Maximo hilari uultu acceptus, multis, magnisq; muneribus donatus est, oblatu etiam pileo Cardinalium insigni purpureo, sed ille cassidem maluit ferream, natus uidelicet ad arma, & ad res gerendas maximas. Leguntur hac, & habentur in manibus, superhancum igitur esset differere, præsertim cum oratio sit hec non historia, aut annales, neq; statuerim tanti ducis uitam hic explicare, quod si fecisset, ab illius pueritia inciperem, in qua constat armorum, equorumq; fuisse studiosum. Dicerem de adolescentia, in qua spem, & futura uirtutis argumenta exhibuic cum ex equitum ludicro concursu, & hastarum certamine, ut sit, solus ex om.

nibus palmam assecutus esset, Quas praludium fuit illud, & tanquam omen certissimum, fore, ut non semel uictis hostibus uictoriā reportaret, Dicerem eiūdem prima stipendia, quæ Galeatum fortiam securus fecit in Gallia, quo tempore à Ludouico Rege Christianissimo aliquo e suis defecerunt multis ab hinc annis, ubi inter alia pulchra facinora constat, ciuem seruasse non sine uita sua summo discrimine. iam tunc uidebatur, quo esset tantus vir peruenturus. Sed quām magnus fuerit hic, vel ex hoc intelligi potest, quod non modo Regum Aragonie gratiam iniijt maximam, cum procul à suis in urbe uiueret Neapolitana, ubi (nimirum vera virtus ubiq; est amabilis) Beaticem Daualam Illustrissimo genere natam & modestissimam matrimonio sibi iunxit, quo coniugio quid unquam latius visum est? quanto cum quadro Genuenses publico hospicio illos, cum Mediolanum venirent, exceperunt? ceteraq; deinde oppida, & urbes? quanta cum voluptate, atq; alacritate viderunt ciues amantissimi ciuem illum clarissimum? quasi triumphus ingressus esset urbem hanc, ita omnes obuiam lati, & gratulantes procēdebant, Quid loquar de apparatu lautissimo, & copiosissimo? de nuptiarum magnificencia? nemo, qui tunc viuebat, non vidit, nemo, qui postea natus est, non audivit, Sed ut redeat, unde defluxit oratio, non solum Neapolitanis Regibus gratius vixit, sed gratissimus tribus ex ordine Francorum Regibus Christianissimis, Rēgi Carolo, Ludouico Regi, & huic potentissimo Regi Francisco Christianissimo, quibus quam fidē probauerit, animi constantiam, quidue sub eorum imperio egerie, non modo hic diuulgatum est, sed exteris quoq; nationibus, eritq; non huic tantum atari cognitum, sed omni etiam posteritate. Quandiu n. Regum illorum fama extabit (extabit autem omnibus seculis,) tamdiu huius quoq; viri nomen resonabit. Ut enim cum Agamenone laudatur Nestor, cum Rege Persarum Zopyrus ille, qui Babyloniam capie, cum Philippo, eiusq; filio, Parmenio, sic cum tribus Francorum Regibus Christianissimis notum erit nomen Triuilej, Laudatur Carolus Rex Christianissimus, & vere quidem laudatur, cum alibi locorum, tum in agro Parmensi apud Forumnum, cum è medijs hostibus sese expeditus, incolumi exercitu è locis angustis victor euaderet. Laudatur quoq; cum eo Triuileius, eiusq; consilium, & acumen, cum misis ante impedimentis hostes impediuit, ac interea ferro viam aperuit edita ingenti strage, quo die non tantum viri virtus spectata est, & solertia, sed summa quoq; felicitas, qua illum, quicquid agebat, nunquam deseruit. Cepit, atq; recepit Insubriam Ludouicus Rex Christianissimus cum maxima laude, & gloria, laudem quoq; & gloriam cum eo assecutus est Triuileius, qui præmissus breui omnia pacata reddidit. Mirifice se gessit fulmen belli Rex hic Franciscus potentissimus, & Christianissimus, unde famam adeptus est, & immortalitatem, famam quoq; & immortalitatem cum eo adeptus est Triuileius, Multa pretereo, & ea, quæ gesta sunt ad Petram, ubi hostibus tanquam bellī propugnaculum sese opposuit effecitq; ut qui prius essent formidolosi, ulero ipsi rogarent inducias, & victoriā illam Bononiensem, claram, insignem, altius elatam, atq; alatam. Quoniam volans illius celebritas non peruenit? vix tunc sese ostendit ille, cum repente dissipato hostili exercitu victor fuit suis omnibus non tantum illæsis, sed ne stricto quidem ense, aut telo eminus iacto, quanvis id non semel accidit,

sed

sed iterum, atq; iterum consilio duntaxat, & fama hostes nullo p̄elio commisso, in fugam vertit sine suorum cāde, & periculo, Aliaq; pr̄termissio, quæ cum multis Gallorum ductoribus gesit, unde nunc illi dolent, & valde quidem dolent, socio in rebus dubijs, & nutantibus spectatissimo in perpetuum priuati, Tuq; imprimis doles Odece Princeps Illustrissime, Rectorq; & Gubernator Ci salpinæ sapientissime, tecum multos anno eadem in ȳt consilia, in iſdem fuit Castris, in eadem acie armatus, eosdem labores suscepit rerum, iſdem periculis caput suum obiecit tecum, in eosdem simul impetum fecit, eosdem simul fugauit, fuit particeps victoriae, particeps gloriae, merito igitur socium ita fidum, fortēq; deploras. Sed, & ipse Rex Christianissimus, & mitissimus eiusdem mortem fert molestissimè, itaq; perspecta illius sinceritate, quam semper probauit, ut viventem unicè amauit, sic mortuum honoribus afficit, p̄missisq; & literis, & certis hominibus mandat, ut oppida, & urbes, qua transeundum est, honorificè funus excipient, Quod si nihil aliud affecutus esset, pr̄ter honorem hunc regium, abunde fuisse gloriosus, Verum, & Rōme, ut dixi, uelut unū defecisset Italia p̄esidium, iusta magnificè fuit. Que uero nouissimè his paucis diebus egit Ioannes Iacobus Triuultius, silentio minime pr̄tereundum est pertinet enim maxime ad laudem eius, & immortalitatem, Nam cum multitudine annorum oneratus uideret, non posse uitæ exitum diutius proferri, ut fidem, quam semper in uiolatam seruauit, in extremo spiritu testam relinqueret, nulla itineris difficultate deteritus, in Galliam ultimam notā via profectus est, quasi mandata velle accipere à Christianissimo Rege, migraturus & ipse, quo cæteri, qui rectè vixerunt, mortales, in domum illam cælestem, & sempiternam. Et, en, inquit Christianissime Rex, mors tandem urgens, cui non datur resistere, iubet hinc cedam relicta uxore carissima, suauissimo nepote, propinquis omnibus, necessarijs, socijs, & amicis iucundissimis, et q; in primis Christianissime Rex, à quo inuestus abstrahor. Sed quando natura legibus parendum est, nolui te incio discedere, Missionem igitur peto in regiones iturus remotissimas, unde nunquam dabitur redditus, ecquid mandas? iubes ne aliquid Christianissime Rex? vale, semper q; sis felix, victor q; semper. patriam mihi rerum omnium carissimam, quamvis opus non sit, tibi commendo, commendo tibi ciues meos. Quis igitur huius vitam felicissimam non indicat? que tot honoribus, & dignitatibus aucta, tot laudibus ornata, ad extre-
mam peruenit senectutem, ea q; tandem soluta defecit cum summa laude, super stite tam florenti familia, superstite etiam fama, que pennis indefessa quamla-
tissimè volans, huius egregia facta celebrat ubiq; gentium non praesentibus tan-
tum, sed & posteris. Que omnia, dum cogitantur, dolorem tollunt, efficiunt q;
ut non opus sit Nenia, plangore, lamentis, & ululatu, que omnino vanas sunt, &
tamen adhibenda, ubi quis turpiter vixit, non autem huiusmodi rebus egere illi, qui vitam duxerunt honestissimam, & hinc ita euolarunt, ut sui memo-
riam in animis viuentium reliquerint perpetuam, ut hic fuit, cuius manibus
gratulandum est, qui fructus e laboribns capiunt, inter homines, & multo ma-
iores inter animas cælestes, ubi euō fruictur ille sempiterno, Gratulandum est
huic familie, que inter maiorum stemmatā habet, & huius imaginem multiis,
magnisq; titulis decoratam, gratulandum est patria, que non minus ciue tam

egregio gaudet, quam Thebani quondam Epaminonda, Athenienses Themi-
stocle, Scipionibus Romani, quorum gesta, aliorumq; præterea multorum stu-
diosè legebat hic, & emulabatur. nam quicquid ocy dabatur à militia; à re-
bus publicis, & amicorum, id omne conterebat in cognoscendis antiquorum
factis, unde semper aliquid addiscebat. Quocirca domi viros habebat do-
ctissimos, quos & honore prosequebatur & pramys, iamq; sibi librorum supel-
lectilem parauerat lauissimam, & multæ pecunie, Lucullum secutus, Augu-
stum, & Ptolemaum, Gloriæ igitur militari, quam eternam adeptus est, ad-
ditum fuit literarum studium, scilicet quia legebat Alexandrum Macedo-
nem, Cesarem, Pompeium, aliosq; militiæ pariter incubuisse, & doctrine, ve-
illis esset, sicut fuit in rebus honestis quam similimus. Itaq; ut finem dicendi
faciam, qui hunc viuum amauit, (amarunt autem omnes,) debet, & moriuo
gratulari, eiusq; virtutes imitari, tuq; prater alios Franciscæ Triuulti puer
ornatissime, & eximia spesi abstensis ex ore lachrymis, compresso etiam singul-
tu, enitere aui vestigia sectari, unde non tantum hereditatem honorum acce-
pisti, qua ille non sedendo inter ignaos consecutus est, at labore vario, sine
quo nemo vir bonus potest aliquid honestè adipisci, sed gloria quoq; heredita-
tem tibi reliquit, qua custodienda est, atq; etiam augenda omni conatu. Quod
sine dubio efficies, si, ut dixi, aum tibi proposueris imitandum, atq; etiam
socerum tuū Theodorum Triuulti virum amplissimum, cuius fidei, prudentiae,
& foritudini Venetorum Resp. florentissima militia sua permisit habenas, il-
lū, vel hunc sequere, utrūq; potius, habes & alia domestica exempla ante oculos,
& luminaria, quib. prelucētibus nō poteris errare in tenebris. Age puer excellē-
tissime, à teneris annis assuesce tuos referre, fidēq; imprimis fernare, sicut tui
fecerūt, & faciūt Christianis Regi, unde prater ea, quæ avus accepit, plura, &
maiora expectabis. Praetara in te indoles elucescet, scio, augebis & ipse domū tuā
honoribus, Bene tibi opto puer, tuisq; omnibus, bene opto patriæ, que floreat
magis in dies bonis artibus, diuitijs, opibusq; & potentia, extintisq; seditio-
nibus tranquilla quiescat, siq; unanimis, ita ut cunctas omnis una videatur
domus, ciues, fraterna caritate teneantur. Opto quoq; præceteris felicitatem
Christianissimo Regi, ut diu vivat, ut gloria abundet, belloq; tandem suscepito
in hostes insolentissimos religionis nostra, eos agat in triumpho catenis onera-
tos, Utinam tempus illud veniat, quo videam Constantinopolim, urbem illam
pulcherrimam, eandemq; miserrimam nobis iampridem creptam non sine ma-
xima iactura, & dedecore, ceterasq; Gracia urbes, ipsumq; sacrosanctū Chri-
sti sepulchrum huius potentissimi, & Christianissimi Regis virtutē, & armis.
Christianis restitutum. Hoc ego cuperem, antequam oculos mors clauderer,
victoriā ita iustam, ita sanctam, ita dīs, hominibusq; gratiam spectare, etq;
inter ceteros Gallerum ductores Odete Princeps Illustrissime Rectorq; & Ga-
bernator Cisalpinae sapienissime exunijs Turcarum onusq; conspicere, tamq;
videre videoe sensis illius animam ante Deum Optimum Maximum, supplici-
ter orantem, ut omnes bellorum imperii, procellas, tempestates, & naufragia,
in populos immittat orientales, nobisq; satis, superq; iactatis portus conceda-
tur tranquillissimus. M. D. XIX.

EPITAPHIVM

Io. Jacobus Magnus Triuultius, qui nunquam quieuit, quiescit. Tace.

SUPER facello, quod ipse sibi viuens construxit.

Io. Jacobus magnus Triuultius, Marchio Vigleuani, Marescalcus Francia, inter militares labores, religionis obseruantissimus, facellum hoc assumpta Virginis erexit, & dornauit. 1518. die V. Augusti.

In areo numismate.

Io. Jacobus Triuultius, Marchio Vigleuani, Francie Marescalcus, 1499. expugnata Alexandria, delecto exercitu, Ludouicum Sforiam Mediolani Ducem expellit, reuersum apud Nouariam Sternit. capit. MOTTO dilmedimo Triuultio.

Non cedit umbra Soli.

Morte, e Funerali del S. Gio. Iacomo Triuultio Magno, in Milano.



L Signor Gio. Iacomo Triuultio morì in Francia nella città di Chartres, (Latinè Carnutes à Casare dicuntur) à di cinq; di Decembre. M. D. XVIII. & alli Tredeci. dil M. medesimo in Lunedi, venne la noua in Milano. ¶ Subito tutta la familia fu vestita di panni di corruccio, Così nella soa casa tutta la corte, & la camera della soa consorte Madamma Beatrice di Ainalos, ¶ Mercordi, alli XV. di Decembre. furono auisati tutti li parenti, che furon al numero di Quattrocento, e olira questi gli Amici, Senato, Dottori, Medici, & Collegio de Mercanti. Questo auiso fu portato per XV. homini di grado, & qualità della familia dil morto, & con loro andò Christophoro Vergiato, che fu l'ingegnero, & capo di tutti questi funerali. ¶ Al medesimo giorno Monsù de Lotrecco Generale in Italia, visiò detta Madamma, così il Presidente, & Senato. Questa visita fu prima accettata dal Signor Theodoro cugino, & da Francesco Triuulii, abiatico del morto, poi dalla detta Madamma Beatrice. ¶ Giovedì alli Sedeci, di Decembre, fece'l medesimo il Collegio de Dottori, per quali parlò Giovanni Tauer na, alli detti cugino, e abiatico. ¶ Venerdì alli Sedeci, fece'l medesimo li Collegij de Physici, parlando per loro Nicolo Antiquario, & di mercantii, parlando per loro Gio. Pietro Tantio. ¶ Sabbato alli XVII. fece'l medesimo, oltra molti parenti, & amici Giovanni Azo Dottore, Vicario della Prouisione, con li Signori Dodici.

Dominica, alli XVIII. vennero molti parenti, & amici, e collegialmente il Capitolo dil Domò, con quali era Rufino Belingerio Vicario Archiepiscopa le, & Francesco Ladino Episcopo Suffraganeo di Milano, con la maggior parte dell'Ordinary, seu Canonici. ¶ Lunedì alli XIX. fecero la visita infiniti amici, & parenti.

Alli

Alli xvij. di Genaro 1519. à hore due di notte, arriuò il corpo nella Chiesa di S. Eustorgio in Milano, portato di Fran^aza in una cassa coperta di velluto nero, con quattro insegne di recamo, di esso Signor, col collar del'ordine di S. Michele, con una gran Croce di raso bianco, qual cassa si portaua da doi muli à modo di Lettice, con pendoni di velluto nero à parte sin à terra, ne quali pendoni erano altre simili insegne, ouero arme. Il corpo era accompagnato principalmente dal Signor C. o. Gian Fermo Triuultio giouine bellissimo, all' hora di anni xvij. pronepote, & da Gio. Battista Visconte, abiatico (per via di figliole) dil morto, & altri gentilhomini, & officiali di casa, circa cinquantatutti à Cavallo, e della famiglia del morto, e vestiti di velluto. Subito il corpo dil morto fù posto in una altra cassanova, coperta di brocato d'oro rizzo, sopra rizzo, consei belle insegne di recamo, & collar del'ordine, di rileuo, due per parte, & una per capo. Et così restò il corpo nel detto loco, sin al mercordi xix. di Genaro, facendosi le esequie, à qual corpo assisteano di continuo quaranta di sua famiglia, vestiti di bruno, e frati quattro del monastero, con torcie xvi. continuamente accese.

FRà tanto la Canonica di S. Nazaro, contigua alla gran Capella, fondata e fabbricata, e dotata d'al morto, mentre viuea, fu tutta apparata di bruno. Et intrando per la porta principale, fù fatto un gran tribunale di legno, lasciando ci in mezzo quattro braza di strada, con sbarre da parte. Sopra qual ci era un altro tribunale, più eminente doi gradi, Et sopra questo, ce n'era un altro ancor più eminente un grado solo. Sopra quale à man dritta era la sedia di Monsù Odero di Lotrecco, e poco più à basso quella del Sign. Theodoro Triuultio, delli Ambasciatori, è al Senato, concatedre coperte di panno nero, & altre banche coperte di panno nero, per i parenti, e à man stanca, per i parenti, Dottori, Medici, & Mercanti. Le quattro naui della Chiesa di Santo Nazaro in Milano, furo circondate ad alto di doi ordini di Torcie. Fra quali ordini fù posta in mezzo una tela nera, nella quale eran le insegne del morto, di carta. Nella naue del tribunale eran posti i panni neri dal primo ordine delle Torcie sin à terra, sin à tre altezze, il resto della Chiesa à dua, con le insegne doppie, come ancor le Torcie, de quali insegne il color gialdo era tutto à oro fino.

SOotto gli dodici archi di detta Chiesa di S. Nazaro, furo fatti altri archi dodici di legno, negri, con le arme del defunto, da quali pendean à basso equali al primo ordine delle altre torcie, altre torcie attaccate con filo di ferro, che à suo tempo, con foco artificiato furo accese in un tratto, e memeto. Et ancor ci eran posti certi vasi di legno, à modo di Corni di Divitia, & questi hauean Torcie cinq; per uno. Queste furo torcie seicento di libre doc, per ciascuna.

IN mezzo della detta Chiesa, fù posto di legno à modo di tribunale, l'altare di S. Pietro, coperto di brocato d'oro rizzo, alto gradi otto, coperti di panno nero, (è quà sù poi posto il corpo dil morto.) A' torno a questi gradi à basso, ci eran banche per la famiglia. Intanto si cantò la messa. Sopra qsto tribunale era una Piramide, con soi frontispicij, fatta à gradi coperti di nero con le colonne, che ascendea sin alla cima della cupula della Chiesa. Sopra qsta Piramide eran cerei ottocento di oncie noue per ciascuno, & presso la cima della detta cupula, à trauerso in crece eran torcie vinti. Tutti gli altari della Chiesa, erâ

apparati di bruno, con candele due di cera di oncie sei per ciascuna, con le insegne, ò armi, à quali altari si deuean celebrar le messe. ¶ Furon poi inuitati tutti i parenti, & amici per trouarsi alla translation del corpo da S. Eustorgio, alle hore xv. doue in un refettorio apparato di panno nero, si trouorno il Signor Theodoro, & altri. Questo inuito fu fatto per quelli della famiglia del morto, con dottor Christophoro Vergiato. ¶ Et per Bernardino Bocca Regio Secretario, & Angelo Aymo gentilhomo del morto, furo inuitati Monsù di Lotrecco Senato, Magistrati, Collegj de Dotori, de Medici, de Mercanti. Et per altri sei seruiteori del morto, con gli Anciani furon inuitati amoreuolmente, & non astretti, del popolo, uno per casa, e nel giorno delle esequie, le botteghe, stettero tutte chiuse.

NEL soprascritto giorno per mesi dell' Archiepiscopato di Milano, fur inuitati tutto il Clero della Città, Frati, Monaci, & Preti, quali tutti ci furono, & oltre loro, gran parte degli Vicini di Milano, e le campane della Città la sera auanti le esequie, sonorno tutte alla distesa, poi la mattina all'alba, à botte.

DOI giorni auanti le esequie, In Santo Eustorgio si celebrò una messa in canto, con altre quaranta piccole, e à ciascuno altare fur poste candele due, di oncie sei per ciascuna. La notte inanti le esequie fur vestiti in conuento pueri cinquecento, con braccia di panno quattro, & torcia una di libre due, per ciascuno, a quale pendeva ancor l'arma del morto fatta à oro fino.

RIDVTT O'L Clero à Santo Eustorgio, parenti, Senato, & altri inuitati, Il primo ad uscir fuori, fù l' Anciano di Santo Nazaro, vestito di bruno, se guitandolo à piedi gli uscieri, & familia del morto, tutti vestiti di nero con gli capucci in testa, sin à cento, e doppo questi, altri soldati del morto. Poi Croce cento di legno, ciascuna con candele cinque di cera, di oncie dua, accese, e dieci li sudetti pueri cinquecento con le sue torcie accese. ¶ Poi tutti i Frati, Abbattie, Parochiani, Canonici al suo ordine, & loco, cò una torcia de libra una & mezza per ciascuno, accesa, con croci sessanta d' argento, che ciascuna hauea candele cinque. E questi furo duamillia, & ducento. ¶ Seguitaran gli Araldi del Signor morto, à Cavallo, vestiti di bruno, con la sopraveste di Zendale cremesì alla diuisa del morto, e quattro Trombettii vestiti di Saito di panno nero, cò le trombe alle spalle, à quali eran gli pendoni, di color, come alli Araldi. ¶ Poi sei Capitani à cavallo, sopra corsieri, e i Capitani vestiti di bruno sin à terra col capuccio in testa, i corsieri tutti coperti di panno nero quasi sino à terra. Il primo hauea'l stendardo secondo l' insegn'a del Signor morto, che erano tre liste giale, & tre verdi. Gli altri due portauano due stendardi della Rè di Napoli, d' Aragona. il quarto il Stendardo di Papa Innocentio, & questi quattro hauean le haste tinte di rosso. Gli altri doi portauan i stendardi della compagnia del Signor morto, e di questi le haste eran nere.

DIETRO questi veniua uno vecchio, lo scudiero, ò mastro di stall'a, vestito di bruno, cò'l capuccio in testa, sopra una mula, fornita di panno nero, e portaua una barchetta nera, doppo qual veniua un gran Corsiero imbardato, con le barde testera, & sella coperto di veluto negro, con un stocco all' arzone, nero, condotto da un seruiteore del Signor morto, vestito di bruno sin' à terra, col capuccio in testa. Poi cinque belli corsieri vestiti, & coperti tutti ciascu-

no di sopraueste di veluto nouo , nero, longa sin' à terra,sopra quali eran paggi
cinque vestui di veluto nero,senza berreta in testa,mà doppo le spalle , con gli
stivali,speroni,& guanti neri,e spada di veluto nouo nero . ¶ Il primo portaua
al braccio sinistro un scudo nero di legno . Il secondo una lanza nera , co'l
ferro . Il terzo,un bastone longo braccio uno,& mezzo , con sù l'elmo del suo
Signor,senza pénachio . Il quarto un bello stoccho co'l fodro di broccato d'oro
& alli elzi di questo eran i speroni dorati . Il quinto portaua il bastone del ma-
resciallato di Franza,nero . ¶ Dietro seguiauan doi muli coperti tutti,quasi
sin à terra,di veluto nero con doi homini vestiti di nero,co'l capuccio di velu-
to nero in testa , Trà quali in una cassa era'l corpo morto,con la sua collana di
San Michele di sopra . ¶ Appresso,l' Araldo del Rè di Franza,à cavallo vesti-
to di bruno,con la sopraueste di Zendale morella con gli gigli , che sempre fu
presso la cassa del morto . Presso la quale,erano ancor vintiquattro di sua fa-
miglia,vestiti di bruna,con capucci in testa,& torza in mano,di libre quattro,
à qual era affissa la sua arma,& insegnna .

ETRO al corpo à piedi,seguiaua Monsù Lotrecco, il Signor Theodoro
Triuultio,l' Ambasciator del Papa, il Senato,gli primi parenti,Magistrato,
altri parenti co'l capuccio in testa,gli Dottori,gli Medici,Mercanti,Para-
tichi,& Popolo,ne si pote seruar l'ordine per la confusione de Francesi, e si an-
dò à S.Nazaro per l' infrascritta strada .

SCENDO di S.Eustorgio,si intrò à Por.Ticinese , e si andò al Malcantone.
Indi si volti à S.Giouani à Conca,poi dritto per il corso di Por.Romana,sin
alla porta Maestra di S.Nazaro,oue gionto il corpo,fù levato di lettica,per ma-
no di gentilhomini honoreuoli , di casa del Signor morto , & posto al suo pre-
parato Tribunale . ¶ Gli Signori,& parenti,si posero al suo loco,al meglio che
si potesse,per la furia dil gran popolo . Gli Standardi,scudo,elmo,bastone,e spa-
da fur posti à torno al corpo,presso qual gli Araldi stettero in piede,presso l' Al-
zare grande,sin al fine della messa .

RIMA , ch'il corpo arriuasse in Chiesa de S.Nazaro,tutti i luminari furon
accesi,e postisi tutti a sedere,si cominciò la Messa grande per uno Ordinario
cioè Canonico del Demo di Milano , concantori,& portandosi per la offerta ,
bacile d' argento,Monsù Lotrecco fù il primo ad offerir un scudo,così il Signor
Theodoro Triuultio,e poi sette Ambasciatori,quali offissero ciascuno un scudo
¶ dipoi gli Senatori,& primi parenti un grossone , cioè soldi vinti per uno ,
¶ il resto un danaro de soldi tre per uno , Quali danari però furno di borsa
del detto Sig. Gio. Iacomo morto . ¶ Et questa offerta restò alli Canonici di
S.Nazaro . ¶ Finita la Messa , Antonio Thylegio di Cosenza,fece la ora-
zion latina .

L'ordine

L'ordine della Proceſſione fù questo.

<i>Gli Frati Iesuati di S.Heronimo,furono</i>	45
<i>Frati di Santa Anna</i>	30
<i>Frati di S.Francesco,furono</i>	100
<i>Frati della pace</i>	80
<i>Di Santo Angelo</i>	150
<i>Di S.Pietro Celeſtino</i>	40
<i>Dil Paradiso</i>	40
<i>De Serui</i>	50
<i>Di S.Giovan Battista</i>	40
<i>De Carmi</i>	50
<i>Della Incoronata</i>	60
<i>Di S.Marco</i>	60
<i>Di S. Maria delle gracie</i>	100
<i>Di S.Eustorgio</i>	100
<i>Di S. Ambroſio ad nemus</i>	50
<i>Hamiliati</i>	50
<i>Abbatia di S.Vincentio</i>	8
<i>Abbatia di S.Celso</i>	20
<i>L' Abbatia di S.Simpliciano,con quelli di S.Pietro in Gluxiate</i>	80
<i>Abbatia di S.Dionifio</i>	20
<i>Abbatia di S.Ambroſio con Chiaraualle</i>	80
<i>La Paſſione de Canonici regolari</i>	50
<i>La Croce del Clericato con tutti gli Curati,& Capellani di Milano</i>	300
<i>Item le Canoniche . Prima della Scala</i>	30
<i>Di S.Georgio</i>	30
<i>Di S.Steffano</i>	30
<i>Di San Laurentio</i>	40
<i>Di S.Naſaro</i>	40
<i>Di Santa Thecla</i>	24
<i>Di S.Ambroſio</i>	30
<i>Il Capitolo dil Domo di Milano</i>	150

2037

Christophoro Vergiato fù l'ingeniero,e ordinator di questa moſtra.

Tutta la ſpeſa aſceſe a ſcudi d'oro , Vintiootto millia .

DELE nozze dil Signor Gio.Iacomo Triuntio,& detta Beatrice,ne parla Hermolao Barbaro in una ſua Epiftola latina , ad Petrum Caram , qual è nel libro xij. delle Epiftole di Angelo Politiano . Qual lettera dil Barbaro , è data 1488. Idibus May , Mediolani .

L'origine delle cose in questo

22

05

415

0

023

22

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02

02







